



---

## Yale University Library Digital Collections

<b>Title</b>	Outinae in bellum prosiciscentis militaris disciplina, pl. XIII [14]
<b>Rights</b>	The use of this image may be subject to the copyright law of the United States (Title 17, United States Code) or to site license or other rights management terms and conditions. The person using the image is liable for any infringement.
<b>Container information</b>	Pt. 2
<b>Generated</b>	2021-02-18 10:38:43 UTC
<b>Terms of Use</b>	<a href="https://guides.library.yale.edu/about/policies/access">https://guides.library.yale.edu/about/policies/access</a>
<b>View in DL</b>	<a href="https://collections.library.yale.edu/catalog/2000805">https://collections.library.yale.edu/catalog/2000805</a>

---

Outinæ in bellum proficiscentis militaris disciplina.

XIIII.



14

**R**EGE Saturioua ad bellum proficiscente, ejus milites nullum ordinem servant, sed sparsi hinc inde discurrunt alij alios sequentes. Contra ejus hostis Holata Outina, cujus jam memini, quod multorum Regum Regem significat, longè eò potentior subditorum numero & divitijs, progreditur servatis ordinibus veluti instructa acie, solus in medio agmine consistens, rubro colare pictus: agminis ala sive cornua ex adolescentibus constant, quorum maxime agiles, rubro etiam colore picti cursorum & exploratorum munere funguntur, ad hostium copias explorandas: nam horum vestigia perinde naribus percipiunt, atque canis fera alicujus, & cognitis hostium vestigijs statim ad exercitum significatum recurrunt. Porro ut tubis & tympanis nostri homines in exercitu utuntur ad significandum quid factò opus sit: sic apud eos præcones sunt, qui certis clamoribus indicant quando subsistendum aut progrediendum, hosti obviam eundum, aut aliquod militare munus obeundum. Post Solis occasum subsistunt, nec unquam pugnare solent. Castra autem ponere volentes per decurias distribuuntur, maxime strenuus ab alijs segregantes: delecto à Rege Castrorum loco in agris vel sylvis ad noctem traducendam, & illo jam carnato & solo sedente, castrorum metatores decem strenuiores decurias in orbem circumdam, & illo jam carnato & solo sedente, castrorum metatores decem strenuiores decurias in orbem circumdam, Regem collocant: circiter decem inde passus alia viginti decuria etiam in orbem eos claudunt: viginti verò ab illis passus, alia quadraginta decuria collocantur, & ita deinceps decuriarum & passuum numerum augendo pro exercitus copia & magnitudine.

C 3